



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXXIX. Num quæ opera bona sint satisfactoria pro reatu pœnæ  
te[m]poralis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

rentur ante ingressum terræ promissæ.  
Num. 20. Ideo, i. Cor. 11. ob indignam Synaxis, inter vos multi imbecilles, & dormunt multi, ecce pœnam temporariam: Verum à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. ecce remissam culpā. Propheta, 3. Reg. 13. inobediens vocis Domini à leone occiditur in pœnam: licet impetrarit veniam.

## QVÆSTIO XXXIX.

Num que Opera bona sibi Satisfactoria pro reatu pœna temporalis?

## LVIII ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI aiunt, Pœnas temporalibus committitis per spontaneas pœnas posse Dei manu vin dicem præueniri & auerti.

CALVINIANI id perneggant: in meo. Lutheri-c.p.3.q.99.

CHRISTVS. Atego docui genimina viperarum fugere à ventura ira, Mat. 3. Lu. 3. Idque per prædicatam Pœnitentiam, & fructus dignos pœnitentia.

2. Ego Matt. 12. Lu. 11. contra duræ ceruicis viros dixi: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnit. egerunt in prædicacione Ione. Et ecce plus, quam Linas hic. &c. Unde Pater meus, 2. Paral. 7. Si clausero celum. &c. & conuersus populus de precatus me fuerit; ego exaudiām de celo. &c. Dan. 4. Quamobrem consilium meum plueat tibi, & peccata tua eleemosynis redime. Sic, sic Luc. 21. Fugite à ventura ira, quæ superueniet universo orbi. &c. Et tanquam laquens superueniet in omnes.

## LIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI. Castigationes à Deo immisæ ut ferent

dæ sunt; ita vel suscepit sponte, vel ab Confessori*i* iniunctæ, ad reatus pœnam temporalem expiandam, temnendæ sunt & reuiciendæ.

CHRISTVS. I. De sponte accerfisis, aslumptisque pœnis, odio sui & peccatoris, & peccati; amoreque mei imitandi, dixi, me in exemplum proposto, in frumenti grano mortuo humi: Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ioan. 12. Quare, si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi Ego sum, illuc & minister meus erit. Ego autem passus sum & mortuus, quia Volui. Sic & vos voluntaria in patientia vestra possidebitis animas vestras.

2. Iob, vlt. Inspicient r locutus sum in die me ipse reprehendo, & voluntarie ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

David sponte visitauit fletus, ieunia, humicubationes, flagella, facos. Achab iniustas le humiliauit, 3. Reg. 12. Itemque Niniuitæ egerunt ipsi ieunia, cineres, facos, fletus, orationes. Ione 3.

II. De iniunctis ab Confessorio fatus dixi Mat. 18. Quecumque alligereris, in seu culpis, seu pœnis, alligata erunt. Quibus igitur sit potestas a ligandi culpas, quanto magis & pœnas aliquas? Idque culpis etiam remissis; sc. sic exposcente post condonatricem. Misericordiam iustitiam Dci.

LX. ANTICHRISTIANISMVS.  
LUTHERANVS Melanch. Oratio, Jejun. Elec. non sunt opera Satyriæ, nisi ex humana traditione & ceremoniosa fictione; ac proinde inutilia sunt. Kennit. Bona quidem sunt in se; non tamen superstitione satisfactoria in ali die, modo numero, re, &c.

CHRISTVS. De istorum singulis mea fecus clamant exempla facti; qui perdidi & pernox in Orationibus perflixi; qui XL, dies Ieiunauit; qui esu- rien-

rientes cibaui; qui nullum non Misericordia opus qua spiritale, qua corporale exercui prorsus asceticè; causaque nullà mei, sed exempli sola, meritique vestri pro vobis.

1. De Oratione docui: Luc. 18. *Quoniam oportet semper orare, & non desicere: Et verò sic orare. Dimitte nobis debita nostra, culparum iuxta & pœnarum.* Id quod velut explanat Apostolus, Iac. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, ut saluemini, sc. à debitibus.* Multū enim valet deprecatione iusta & fiducia. Quin etiam, Luc. 6. & 23. *Orate pro fœrquentibus & calumpniantibus vos; ut sitis filii Patri vestri, qui in cœlis est:* Idque in & remissionem culpæ ac pœnae ipsorum, & in partem vestre Satisfactionis, & in cumulum meritorum vestrorum: omnia hæc in gloriam meam ac Dei. Quare, Mar. 7. *Perite, & dabitur vobis.* Nam, Eccl.

2. *Quis inuocuit eum, & despexit illum?* Eccl. 3. *Qui diligit Deum, exorabit pro fœcatis, & Continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur.* Etiam Leuit. 4. *Rogabit pro eo Sacerdos & pro peccato eius, & dimittet urei.* Deque me Sacerdote Sacerdotum vere, Rom. 8. *Quis est, qui condemnet? Christus IESVS qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, ut omne debitum dimittatur.*

2. *Ieiunij pars est ad satisfactionem, cuius plena exemplorum Biblia: Moysis, Exo. 24. & 34. Deut. 5. v. 9. Israëlitarum, Leu. 10. v. 26. 2. Reg. 7. v. 7. in Masspha, 1 Esd. 1. & 4. Heft. 4. Machabœorum. Daniel, c. 10. Niniutarum Ione. 3. Christi, Mat. 4. Annæ; Luc. 2. Apostolorum, Mat. 9. Cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieuinabunt. Luc. 5.*

3. De Eleemosynarum vi ad expiationem & satisfactionem vetera repetere quid attinet: cum, Prou. 21. *Facere misericordiam magis placeat Deo, quam visitam:* Idcirco Mat. 5. *Euntes dicite, quid est; Misericordiam volo, & non sacrificium illud Iudeorum, Sensit, cui dixi: Mat. 18. Seruo nequam, omne debitum dimisi tibi, quia rogaisti me: Nonne ergo oportuit & te miseri-ri conserui tui; sicut & Ego tui misertus sum?* *Dimittite, & dimittemini: dabite, & dabi-tur vobis.*

Quantæ manebant pœnae culpas Prödigi, Publicani, in Adulterio de-prehensæ, Zachæi defraudatoris, Pec-catorumque cœterorum, quos suscep-i: at omne debitum dimisi placatus vel oratione, vel eleemosyna, aut fletu ac pœ-nitudine.

#### QVÆSTIO XL.

*An iustificatus verè possit Deo satisfa-cere pro temporali-pana?*

#### LXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO CALVINISTÆ pernegant,  
Vide Lutherocal. p. 3. q. 10.

CHRISTVS. 1. Vox Clamantis est, Luc. 3. *Facite fructus dignos pœnitentie-* sc. non solam vitæ nouitatem, & legis obseruationem; sed etiam restitutione iniuriæ aut damni, & emendatione vi-tæ: iuxta vñanimem S. Patrum Consen-sum. *Digni fructus sunt, qui iniuria m co-pensant factam Deo;* idque ad æquali-tatem proportionis iuxta lœsi Dei acce-ptationem.

2. Rectè, 2. Cor. 7. inter dignos fru-

M 3 Etus

